dem apostolicam doctrinam omnes venerabiles Patres amplexi et sancti doctores orthodoxi venerati atque secuti sunt; plenissime scientes, hanc sancti Petri Sedem ab omni semper errore illibatam permanere, secundum Domini Salvatoris nostri divinam pollicitationem discripulorum suorum principi factum; Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.

that by his assistance they might inviolably keep and faithfully expound the revelation or deposit of faith delivered through the Apostles. And, indeed, all the venerable Fathers have embraced, and the holy orthodox doctors have venerated and followed, their Apostolic doctrine; knowing most fully that this See of Holy Peter remains ever free from all blemish of error according to the divine promise of the Lord our Saviour made to the Prince of his disciples: "I have prayed for thee that thy faith fail not, and, when thou art converted, confirm thy brethren."

Huc igitur veritatis et fidei numquam deficientis charisma Petro ejusque in hac Cathedra successoribus divinitus collatum est, ut excelso suo munere in omnium salutem fungerentur, ut universus Christi grex per eos ab erroris venenosa esca aversus, cœlestis doctrinæ pabulo nutriretur, ut, sublata schismatis occasione, Ecclesia tota una conservaretur, atque suo fundamento innixa, firma adversus inferi portas consisteret.

This gift, then, of truth and never-failing faith was conferred by heaven upon Peter and his successors in this chair, that they might perform their high office for the salvation of all; that the whole flock of Christ, kept away by them from the poisonous food of error, might be nourished with the pasture of heavenly doctrine; that the occasion of schism being removed, the whole Church might be kept one, and, resting on its foundation, might stand firm against the gates of hell.

At vero cum hac ipsa ætate, qua salutifera Apostolici muneris efficacia vel maxime requiritur, non pauci inveniantur, qui illius auctoritati obtrectant; necessarium omnino esse censemus, prærogativam, quam unigenitus Dei Filius cum summo pastorali officio conjungere dignatus est, solemniter asserere.

But since in this very age, in which the salutary efficacy of the Apostolic office is most of all required, not a few are found who take away from its authority, we judge it altogether necessary solemnly to assert the prerogative which the only-begotten Son of God vouchsafed to join with the supreme pastoral office.

Itaque Nos traditioni a fidei Christianæ exordio perceptæ fideliter inhærendo, ad Dei Salvatoris nostri gloriam, religionis Catholicæ exaltationem et Christianorum populorum salutem, sacro approbante Concilio, docemus et divinitus revelatum dogma esse definimus: Romanum Pontificem, cum ex Cathedra loquitur, id est, cum omnium Christianorum pastoris et doctoris munere fungens pro suprema sua Apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit, per assistentiam divinam, ipsi in beato Petro promissam, ea infallibilitate pollere,

Therefore faithfully adhering to the tradition received from the beginning of the Christian faith, for the glory of God our Saviour, the exaltation of the Catholic religion, and the salvation of Christian people, the sacred Council approving, we teach and define that it is a dogma divinely revealed: that the Roman Pontiff, when he speaks *ex cathedra*, that is, when in discharge of the office of pastor and doctor of all Christians, by virtue of his supreme Apostolic authority, he defines a doctrine regarding faith or morals to be held by the universal Church, by the divine